



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

autem orationes Missæ Collectæ dicuntur, eò quòd petitiones plebium subiectarum a Sacerdote, qui pro populo legatione fungitur, ad Dominum colliguntur. Unde nescio qua præsumptione pcurare nititur aliorum negotia, qui per sanctitatem vite non est familiaris angelis aut notus in curia: aut quid poterit impetrare, qui non audet coram præsentia iudicis apparere?

CAP. XXI.

Orationibus finitis quid se-
fio Epi-
scopi &
Epistola
quæ legi-
tur, signi-
ficent de-
clarat.
Luc. 22.

O Ratione finita, Pötifex Christi vicarius sedet in cathedra cum ministris, Christi ascensio- nem significans, qui secundum Apostolum coresuscitavit nos, & consedere faciet in cælis, unde sedent cum eo, quibus promisit secum sessuros in sede maiestatis suæ cum venerit filius hominis. Ministrorum vero quidam stant, quidam sedent cum eo: quia membrorum Christi qua-

qua-

quaedam sunt in certamine posita,
 quaedam verò in contemplatione
 & otio. Sedet autem Episcopus *Ezech. 3.*
 in loco eminentiore; quia tanquam
 Speculator, secundum interpreta-
 tionem sui nominis, videre debet
 desuper, & super alios intendere.
 quemadmodum Vinitori locus fit
 altior ad custodiendam vineam:
 sic Episcopis ad custodiendam Ec-
 clesiam. sicut scriptum est in *Eze. Ezech. 3.*
chiele: Fili hominis speculatorem
dedit te domui Israël. Speculator e-
nim ponitur ad speculandum & de-
nunciandum. Sedente autem Epi-
scopo & ministris, legit Subdiaco-
nus epistolā, Ioannem Baptistam si-
gnificans, qui praecessit Euangelium
& annunciauit Christum. Unde
ipse testatur: Ego vox clamantis Ioan. 1.
&c. Subdiaconum autem legentē
Epistolam vnus tantum Acoluthus
comitatur; Diaconum verò legentē
Euang.

Euangeliū tam Subdiaconi quàm
 Acoluthi pro vario usu qui est in di
 uersis Ecclesijs, quia prædicationem
 Ioannis sequuti sunt pauci, Christi
 Ioan. 4. verò Euangelium multi. Unde in
 Ioanne audierunt Pharisei, quod
 Iesus plures discipulos facit quàm
 Ioannes: & quia Ioannes medius
 erat inter Apostolos & prophetas,
 inter legem & Euangelium conue
 niens cum prophetis, quia Christū
 Ioan. 1. venturum prædixit cum Apostolis,
 quia Christum presentem monstra
 Luc. 16. uit, & ideò lex & propheta usq; ad
 Ioannem, & ex eo regnum Dei Eu
 angelizatur. Ideò Epistola non sem
 per legitur de prophetis, nec semper
 de Apostolis: sed quandoq; de nouo,
 quandoq; de veteri testamento. Di
 citur autem Epistola supererogatio
 vel supermissio latine, quia literæ
 Apostolicæ supererogatae sunt Eu
 angelio, de quibus etiam frequenti
 us

us sumuntur. Hæc autem Epistola, qua in dedicatione Ecclesie legitur de Apoc. sumitur: Vidi sanctam Apo. 21. ciuitatem nouam descendentem de caelo, &c. Ubi ostenditur, quomodo Ecclesia militans triumphanti Ecclesie conformatur. Sicut scribitur in Exodo: Inspice, & fac secundum Exo. 25. exemplar quod tibi in monte monstratum est.

CAP. XXII.

LECTA Epistola Graduale dicitur, quia post Ioannis prædicationem Christum discipuli sequebantur. Unde à gradiendo Graduale dicitur. Unde in Ioanne scribitur: Audierunt duo discipuli Ioannem loquentem, & sequuti sunt. Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, &c. Aut Graduale forte siue Gradale dicitur, quoniã in gradibus ante Altare cantatur. Significat autem Graduale pœnitentiam, unde

Hoc capite cur lecta Epistola Graduale dicitur, quid eiusdipsum significet, demonstrat. Ioan. II.